

Aduersus hos igitur confessionem suam edet schola nostra peculiari scripto, quod iam sub praelo est, quo simul tuae etiam chartae rationibus de hac re et testimonijs respondebitur.⁴³ ^lCur autem coelo inuides hanc gloriam, quod iam Christum habeat? Cum nubi te hanc permittere et concedere oporteat ei, de qua scribitur, quod Christum suscepit, Luc. 1. καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν 5 αὐτὸν,⁴⁴ quae enim nubes eum suscepit ab eadem et susceptus et detentus fuit et oportebit te ferre, vt dicamus, de eo loco factum tum fuisse, vt Christus nube acciperetur, caperetur, susciperetur, nisi te vincere impudentia velis et historiam ascensionis euertere, etsi quid dicas, facias, aias, neges non videris videre nube obducta oculis tuis ea, quam poeta vetus obduci scribit ijs, 10 qui Deum iratum habent, ἐν εἰδῶσι μηδὲν ὦν ἀμαρτάνουσι,⁴⁵ si vides tamen, tanto grauius iudicium tibi accersis.^l Sicut autem res et sententia ita notae etiam rerum verba interpretationi et paraphrasi ei, quam Gregorius vsurpat et nos secuti sumus, minime repugnant. Is enim Christus, qui ^me terris καὶ ἀφ' ὑμῶν sublatus,^m in coelum ascendit ⁿἀναληφθεὶς εἰς τὸν οὐρανὸνⁿ et vt verus 15 homo coelum occupat, coelo etiam capitur et continetur et de quo fieri oportuit, vt coelum occuparet, is etiam oportet, vt coelo capiatur seu recipiatur et coelum sit huius δοχεῖον seu δεξάμενον. Ante etiam, quam in terras de coelo reuertatur, coelum, vt prius occupet et interea eum hoc capi seu recipi oportet ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως, vt diximus tantum enim de his rebus scrip- 20 tura nos docet et secundum hanc ita de his verba nos [B 4v:] facere oportet, non aliter, quod idem nobiscum dicunt omnes illi, quorum testimonia aduersus nos admodum incogitanter adducit charta tua.⁴⁶ Si enim Christus non est tropice aut allegorice in coelo, sed re uera, si coelum suscipit, excipit, occupat re vera etiam re et veritate coelo eum capi oportet. Capi autem, cum 25 Christum coelo dicimus, latine loquimur non carcere detineri districtum eum et alligatum ibi significantes, sed quod locus ille eum capiat, cum in coelum

^{l-l} Nicht in A.

^{m-m} Nicht in A.

ⁿ⁻ⁿ Nicht in A.

⁴³ Die Wittenberger Theologen hatten Ende April/Anfang Mai 1571 mit der Abfassung der „Grundfest“, ihrer umfangreichen Widerlegung aller kritischen Drucke gegen ihren Katechismus, begonnen. Am 16. Juni 1571 war die Drucklegung beendet. Der Buchführer der Wittenberger Fakultät Conrad Rühel brach an diesem Tag nach Naumburg auf, um dort die ersten Exemplare zu verkaufen. Vgl. DrHSA: Loc. 10311/12, 78v (Schreiben der Wittenberger Fakultät an Kurfürst August vom Juli 1571). Folgt man Rudinger, so hatte der Druck der „Grundfest“ bereits am 3. Juni 1571 begonnen. Zur Entstehungsgeschichte der „Grundfest“ vgl. Hund, Das Wort ward Fleisch, 311–319.

⁴⁴ Act 1,9.

⁴⁵ Das Zitat konnte nicht verifiziert werden.

⁴⁶ Selnecker hatte zur Stützung seiner aktivischen Übersetzung und Interpretation der Schriftstelle Act 3,21 Zitate der altkirchlichen Theologen Hieronymus, Johannes Damascenus, Chrysostomus, Theodoret von Kyros, Athanasius, Augustin, Gregor von Nyssa und Vigilius von Thapse angeführt. Vgl. Selneckers „Commonefactio“, A 2v–A 6r, unsere Ausgabe, Nr. 4: Commonefactio (1571), 312–316.